



Statutorum et Reformationum
Aldagnifice
Civitatis Senogallie.
Volumen.

In sex Libros distinctum sup
excussum et castigatum.
Atque per eximios.
D. Iudices
Ducaliter confirmatum.

M. CCCC. XXXVII.



D
1
179



Sanctus Paulinus Aduoca-
tus ⁊ Protector Se-
nogallie.



Primus liber statutorū Ci

uitatis Senogallia: de diuino cultu: de Officiis: de Consilio: & Sindica
toribus Potestatis: & aliorum Officialium, Incipit Feliciter.

PROEMIVM

IN DEI NOMINE AMEN: QVONIAM
(TESTES GREGORIO) in proemio decretalium effre
nata cupiditas/sui prodiga/pacis amula/mater litium/materia
iurgiorum tot quotidie noua litigia generat / ut nisi iustitia ea sua
uirtute reprimeret / & questiones ipsius implicitas explicaret / ius
humani foederis litigatorum abusus extingueret / & dato libello res
pudii / concordia extra mundi terminos exularet: ideo lex proditur
ut appetitus noxius / sub iuris regula limitetur / per quam genus hu
manum honeste uiuat / alterum non ledat / ius suum unicuique tribuat,
Ad hoc: promptiori & perspicaciori ratione decreuit / sacras san
ctio legis / quaeque populum / ius proprium sibi constituere / ipsumque
per locorum & rerum exigentiam / ac temporum uarietate / mutare / corrigere
re / supplere ac in melius reformare posse / ut uetando puniendo / &
permittendo / humana coherceatur audacia / ac tuta / sit inter im
probos innocentia hinc prudentissima ciuitatis Senogalliae uniuersitas
iura haec municipalia / uno presentique congesta uolumine / ab
antiquo / usque in hodiernum obseruata sibi constituit uerum quia in
humanis per raro aliquid tam perfectum adinuenitur / ut quandoque suple
tione & castigatioe non egeat / ut & ipsa magistra rerum experientia do
cet / & annorum cursus ac temporum & morum uariatio / urgenti ratione
suadet, idcirco consultissimum magnificae ciuitatis predictae gratia
le concilium & uniuersitas / magnificis ac utriusque iuris docto, clarissimis domino Francisco hu
mano stato ducali Locutenenti / & Domino Galeatio de alexandrinis de Pisauero / pretore /
meritissimis / prudentissimisque uiris, D. Sigismundo quartario scindico / & etiam Iohanni boe
cianto de pisis ac manuino ciuibus / & regulatoribus / hiis eaque tribus magistra
tum dicte ciuitatis honorificenter gerentibus eadem statuta antiquitus obseruata diligenti
animaduersione ac nouissima lucubratione / emendata castigata / limata ac in melius res
formata / per circumspectos ac acutissimos iuris peritos, Dominos Aloisium de nouis / & Ios
hannem franciscum andreanum / solertissimos causidicos Senogallenses / ad id a predicto
consilio electos / & specialiter deputatos una cum praefato, D. Locutenente pro como
diori iudicium aduocatorum / procuratorum aliorum uel lectione & usu imprimi iussit atque ma
dauit ad laudem & honorem dei omnipotentis gloriosissimeque semper uirginis et matris Marie
beatorum quoque apostolorum Petri & Pauli, atque sanctissimorum dei & gloriosissimorum sancti
Paulini & sancte marie Magdalenae protectorum defensorum / & gubernatorum ciuita
tis Senogalliae ac ceterorum sanctorum & sanctarum totius caelestis curie triumphantis ad
reuerentiam magnificentiam & exaltationem Illu. excelentissimi ac inuictissimi Ducis, D. N. D.
Francisci Mariae de Ruere / Urbini Ducis / almae urbis praefecti ad prosperam & tranquillam
uitam & quietem dicte ciuitatis & hominum totiusque reipublicae ipsius argumentum,

LIBER

pri casche in la pena sopraditta, & questo capitolo se intenda de ognialtra generatione de biade & robbe de la sopradetta forma & conditione.

Item dicto Datiero, o uero bastagie non possano ne debbiano torre piu de uinticinque bol, noui del centinaro de li Moggi del sale sotto pena, & alla pena de diece ducati de facto applicarse ut supra.

Item che casu fosse che dicti bastagie andasseno, a cargare grano, a Matignano, o uero alla bastia li sia licito possere torre vno bolognino nouo per soma alla mesura de Simigliana, & non piu sotto dicta pena.

FINIS.

Impressum fuit hoc praesens uolumen Statutorum Magnifice ciuitatis Senogalliae in ciuitate Pisauri, de voluntate & commissione Magnificorum Deputatorum per Baldassarem, q. Francisci de Carthulariis, de Perusia. Assistente & curam agente circa dictam impressionem, praesbitero don Ventura de ciuitate Castelli, & hoc sub annis, a natiuitate Domini Nostri Iesu Christi. M D XXXIII.

Sexta inditione tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, Domini Clementis, Diuina prouidentia, Papae Septimi, die uero ultima Maii. Regnante inclito Principe Fran. Maria Urbini Duce, ac ciuitatis Senogalliae domino &c.



20555

